



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

1 Census antiquus, quomodo creabatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- 46 *Papa, est summus bonorum Ecclesia administrator.*
- 47 *Census ad formam constitutionis Pii V. est jus accipiendi de fructibus fundi pensionem.*
- 48 *Onera servitutis, & hypotheca super suo fundo, quilibet apponere potest.*
- 49 *Census emptor, an prorata ad onerum solutionem teneatur.*
- 50 *Onus reale à percipiente fructus, quando solvi debeat.*
- 51 *Consuetudo constitutionem interpretatur.*
- 52 *Consuetudo in onerum solutione habet vim legis.*
- 53 *Pacta contra substantiam contractus sunt nulla.*
- 54 *Possessiones pradiorum tenentur ad onerum solutionem.  
Res sequitur possidentem, & onera rem sequuntur, ibidem.*
- 55 *Emptor census plura patitur incommoda considerabilia.*
- 56 *Pactum de retrovendendo, rem minoris valoris usque ad quartam partem pretii, & ultra efficit.*
- 57 *Gravatus in uno, in alia debet relevari.*
- 58 *Rei substantia maxima aestimationis.*
- 59 *Census, fructum rei, super qua imponitur, excedere non debet.*
- 60 *Census novus, quando imponi non possit.*
- 61 *Censuum contractus, quando seneraticis judicentur.*
- 62 *Vsura tam jure naturali, quam divino, est prohibita.*
- 63 *Vsura crimen in quibus committitur.*
- 64 *Vsura crimen est difficilis probationis.*
- 65 *Vsurarius contractus, ut probetur, que requirantur.*
- 66 *Contractus usurarius probatur, & modicitate pretii & pacto de retrovendendo.*
- 67 *Vsurarius, quis probatur tribus concurrentibus.*
- 68 *Vsurarius, quomodo quis probari possit.*
- 69 *Malus in eodem genere mali, qui semel fuit malus, semper presumitur.*
- 70 *Vsurarum crimen de consuetudine est misti fori, sed communi opinione, est merè ecclesiasticum.*

**E** A D E M ferè est ratio censuum cum iis, quæ proximè brevi, qua visum fuit, via declaravimus, eorumque naturam nullo penè discrimine repræsentare videatur. Unde mihi non incongruum fuit de his hic pauca referre. Censur igitur perpetuus † Pontificio jure, est quidam contractus, quo habens plenam rei dominium illud alteri tradit, quo ad ipsum dominium utile, pro centum aureis, ea pactione, ut perpetuò ex ea se sibi census

conventus solvatur. *Barr. in l. 1. §. 1. nu. 4. de publican. Imol. in cap. 2. ad audientiam. colum. 2. de reb. eccl. non alien. & Covar. lib. 3. var. resol. c. 7. n. 1. & hic est census antiquus, qui creabatur, cum ecclesia, vel alia persona privata habens prædium, vel domum, illius prædii, seu domus dominium utile, & directum alteri tradebat pro certo convento pretio, ea pactione, ut perpetuò sibi annuus census conventus solveretur, ut per gl. in c. constitutus, in ver.*

juxta ratam, & ibi Abb. n. 20. de relig. domib. hic enim census ¶ differt à constitutione, & reservatione census, qui pecunia emuntur ad præscriptum Pii V. *constit. de anno 1569. 14. Kl. Eebruarii edita de qua in Bul. Rom. c. 80.* qui est licitus, & etiam dudum Apostolica auctoritate approbatus, ut in *extravag. com. c. 1. & 2. de emp. & vend. Covar. d. c. 7. n. 2. vers. contrariam, & vers. sexto post variam, eod. l. 3. & Gra. decis. aur. c. 118. n. 15. l. 2. par. 1.*

3 In census quidem antiqui ¶ reservatione transfertur utile, & directum dominium, ut per Molin. in *tract. 2. disput. 381. col. 2.* & alios supra allegatos. In censu ¶

4 verò novo ad formam dictæ constitutionis Pii V. nec utile, nec directum dominium rei, super qua census collocatur, ad emptorem transfertur, sed solum jus accipiendi de fructibus illius pensionem, ut per Covar. *eod. cap. 7. nu. 2. vers. non obervunt, Molin. eod. tract. disput. 372. in fi. & 390. in princ. & Tolet. in instruct. sacerdot. lib. 5. c. 43. vers. consignativus sub n. 1.* sed ad validitatem hujusmodi census plura requiruntur.

5 Primò, ¶ quòd census constituatur super re immobili, aut, quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, ac certis finibus designata, ut in *dict. constit. Pii V. post princip. & Card. Tolet. in eod. lib. 5. c. 45. vers. non tamen, n. 3.* expressio enim ¶ confinium fit ad demonstrationem rei, *l. forma ff. de cens. Bart. in l. Demonstratio. ff. de condit & demonstr. & Cravet. cons. 293. n. 7.* & de sui natura immobilis erit perpetuus annuus redditus, ¶ qui licet propriè non sit res immobilis, habetur tamen pro immobili. *Clem. exiui. §. cunq; annui redditus, ubi, etiam gloss. de verb. si-*

*gnis. §. inc. 2. junct. glo. in verb. jura. de reb. Eccl. non alien. in 6.* quapropter ad formam ejusdem constitutionis posset annuus census constitui super alio annuo censu perpetuo, non autem redimibili, cum alioquin, censu redempto, pereat census in eo collocatus Molin. *eod. tract. 2. disput. 389. vers. utrum autem:* vel super jure gabelarum, aut aliis redditibus perpetuis, vel super redditibus emphiteuticis, vel feudalibus à domino directo, dummodo census imponendus non esset majoris quantitatis annui redditus bonorum feudalium, vel emphiteuticorum, quia licet dicti redditus non sint propriè res immobiles, pro immobilibus tamen habentur. *dict. Clem. exiui §. cunq; Navar. in com. pend. de usur. com. primo n. 87. & Molin. eod. disput. vers. quatenus autem.*

Secundò ¶ illa sola res censui supposita, non alia bona, censui debet obligari ut in constit. ibi, rem censui suppositam. Generaliter enim super omnibus bonis, nullo certo prædio cum suis confinibus designato, nec etiam uno prædio designato, & super aliis omnibus bonis constitui non potest, sed unum, aut plura prædia sunt certis finibus designanda, ut per Navar. *eod. com. de usur. num. 113.* Poterit tamen licet venditor census se, suaq; bona omnia obligare pro cautione, quòd fundus super quo census imponitur, est suus, & potest super illo imponere illum censum, quia ad id tenetur ratione evictionis, ut *roto tit. ff. & C. de evict. cap. fin. de emp. & Navar. in com. de usur. num. 77. & num. 135.* imò duos aut tres fidejussores adhibere, qui se, suaque bona mobilia, & mobilia obligent ad securitatem rei, & quòd res illa sit venditoris, & fructifera, ac capax ad illius